

Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 184

Notum quod quidam vir nomine Hitto ad sanctum Hemmerammum sanctumque Petrum apostolum in manum episcopi Tutonis et advocatorum eius Berehtharii et Auonis proprietatem suam, quam habuit ad Matingun, id est ecclesiam unam cum decimatione et curtem cum aedificiis et po[merio] . . . terrae arabilis iugera C et de silva iugera XL, quod ad Sahsonem clericum emebat, et ad Vvalfrinchovvn terrae arabilis iugera LXVI, de pratis iugera XXXVI et de silva iugera XXII et tria loca curtilia et duas domos et horrea II cum omnibus, sicut ea regali potestate accepit, et ad Friesaheim tradidit curtem domvmque et duas molinas et inter prata et terram arabilem iugera XX atque ad Tegarinheim et Parpingun terrae arabilis iugera XXX, quod ad Sindihhin et Erchanpertum emebat, cum vniversis ad haec eadem loca pertinentibus. Econtra Tuto episcopus cum eisdem advocatis tradidit supradicto viro in reconpensatione suarum rerum in loco Mozzinga nuncupato aeclesiam et curtem cum aedificiis et mancipiis IIIIor ita appellatis: Vualtant, Hiltolf, Gotahilt, Sigifrid, cunctisque illuc rite pertinentibus, iure perpetuo potestative perfrui. Et Isangrim comes, Vvicger, Vvolfger, Gebolf, Ediram, Engilpreht, Sindperht, Erchanperht, Liutperht, Sindperht, Gvndpold, Hadamar, item Hadamar, Rihger, Frohelm, Lantfrid, item Lantfrid, Ringolf, Otachar, Erchanperht, Vvaltheri, Gundfrid, Engilpold, Rihholt. Actum ad Reganasprvc anno incarnationis domini DCCCCIO.